Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc. Jus Civile Controversum Ubi ...

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. L. TIT. I. Ad Municipalem, Et De Incolis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Visual Library

ſocios & amicos, quin ad illos, qui in bello medii ſunt, redeant, *d. S. 2. §. 2. & ſeq.* illorum enim judicio injuria ablatæ ſunt, horum judicio uterque agit.)

Idque diſerte ita traditur in *L. 5. §. 2. de Capt. & poſtlim. etiam in pace, quod ex noſtro ad aliam Gentem pervenit, ejus fieri, & civem noſtrum, ab iis captum, ſervum fieri,* & vice verſa; *eoque poſtliminium utrinque eſſe &c.* atque ex *Ælio Gallo* id probat *Grot. L. 3. c. 9. §. 3. & §. 18.* Adeoque hoc jus ex vero Gentium jure, non ex Seculi illius barbara conſuetudine, libertateque prædandi, uti *Grot. d. l.* putat, originem trahit.

Exc. Si Amneſtiæ clauſula ſit adjecta, *dict. Diſp. Sect. 4. 5. & 6.* quæ eſt eorum, quæ durante diſcordia hoſtiliter ultro citroque facta ſunt, publice ſancita oblivio, *d. Diſp. S. 4. §. 2.* tunc enim etiam de injuriis transactum eſt. Atque hoc in terminis ita traditur in *d. L. 5. §. 2.* ibi: *eoque poſtliminium ibi eſſe, niſi hoſpitium vel amicitia contracta ſit.* Atque hinc non

Obst. *L. 7. in pr. de Capt. & poſtl.* ubi negatur, cum liberis & foederatis poſtliminium eſſe.

Resp. Loquitur de fœdere, quo amicitiæ pactio comprehenſa fuit, quod ex *§. ſeq.* apparet, *d. Diſp. S. 2. §. 31. S. 5. p. 5. ſeq.*

Lib. L. Tit. I.

AD MUNICIPALEM, ET DE INCOLIS.

Qu. *An incolae cogantur ad munera publica?*

Affirmatur: quia omnes, qui in territorio commorantur, operis & opibus rempublicam defendere tenentur; idque ita traditur in *L. 29. h.* *Laut. pag. 736. verb. incola.*

Obj. *L. 3. C. de Incol.* ubi commorantes in aliquo territorio, velut incolæ, ad munera ſubeunda non adſtringuntur.

Resp. (1) Senſus eſt, quod advenæ, qui in territorio civitatis degunt, non adſtringantur, velut adſtringuntur incolæ.

Resp. (2) Loquitur de incolis, qui in territorio, i. e. agro civitatis, commorantur; hi enim immunes ſunt a muneribus, per *L. 35. ff. Ad Mun.* junct. *L. 239. §. 2. de V. S.*

Lib.

Landesbibliothek Oldenburg

Lib. L. Tit. V. & VI.

DE VACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM ET DE JURE IMMUNITATIS.

Qv. I. *An aetas demum 70. annorum excuſet a muneribus perſonalibus?*

Laut.pag. 739.verb. *anni* LXX.

AFFIRMATUR, *L. 2. §. 1. de Vacat. mun.* verb. *a muneribus tantum civilibus. L. 3. ff. de Jur. imm.* ibi: *majores ſeptuaginta annis a tutela & muneribus vacant.* Item dicitur de tutela in §. 13. *Inſt. de Excuſ. tut.*

Obj. *L. 3. C. Qui aet. vel prof.* ibi: majores 55. annis invitos ad munera perſonalia vocari non poſſe.

Resp. Alii, loqui textum de muneribus, cum dignitate conjunctis, putant; Alii pro 55. legunt 75. *Dn. Berger h.* Alii pro 55. ſubſtituunt 70. *Cuj. ad. d. l. 3.*

Qv. II. *An praeſcriptione immemoriali quis immunis fiat a collectis?*

Laut. pag 739.verb. *præſcriptionem.*

Meam de hac re ſententiam juſſu publico aliquando expoſui. Rem non ingratam lectori me facturum puto, ſi rationes ejus ſententiæ hic inſeruero.

Unterſuchung der Frage:

Ob die immunitas a Collectis durch eine Poſſeſſionem immemorialem acquiriret werde?

§. 1.

Daß durch eine Immemorial-Poſſeßion auch die Freyheit und Immunität von denen Oneribus publicis, inſonderheit aber von denen Collecten, acquiriret werde, erhellet

§. 2. (1) Aus der Natur und Eigenſchafft der Immemorial-Präſcription, welche alsdann ſtatt hat, quando præſentis poſſeſſionis in Contrarium non exſtat memoria:

L. 3. §. 4. ff. de Aqv. quot. C. 1. de Praeſcr. in 6. und *C. 26. §. Praeterea. X. de V. S.*

Nemlich, wenn man ſich nicht erinnert, daß die Güter jemahls unter die Contribution gezogen worden, und wo man alſo nicht anders vermuthen kann, als daß dieſelbe ehemals titulo oneroſo oder privilegio eximirt worden.

§. 3.